



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

32. An in testamento ad pias causas, sit necessarium, vt apponatur locus, vbi de aliis quatuor circumstantiis agitur? Ex p. 7. tr. 6. res. 25. alias 24.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

beris prateritis, legata saltem ad pias causas conferantur, iuxta Auth. ex causa. C. de liber. prater.

4. Sin vero instituta sit heres pia causa, liberis prateritis quibus tamen relicta est legitima titulo saltem legati, licet non titulo institutionis provt requiruntur, non irritatur testamentum, sed sustinetur favore pie causa. Bart. & Flor. in l. i. C. de SS. Eccl. Perr. Anchar. & Imol. in c. cum esset. de test. Fulg. in l. generali. C. de SS. Eccl. Alex. conf. 105. lib. 4. Tiraq. de pia caus. prin. 14. Clar. §. testam. q. 6. n. 8. quia quod iure institutionis debeat filius relinquere legitima, est quadam iuris Civilis observatio, quae non est necessaria in relictijs ad pias causas. Dissentient Bald. in l. 1. vers. super quarto quasto. C. de SS. Eccl. Barbat. in c. cum esset. ver. quare hic Dominus Petrus. & in conf. 28. lib. 1. 12. lib. 4. Sed nostram sententiam tenet Tho. Maul. tr. de vlt. vol. lib. 1. tit. 12. n. 8. sen. 14. vide Tusch. l. 8. concl. 116. n. 91. & 92.

RESOL. XXXI.

An temporis inscriptio, videlicet anni, mensis & diei sit necessaria in testamento ad pias causas? Ex p. 7. r. 6. Ref. 24. alias 23.

§. 1. Negativam sententiam sustinendam esse puto per ea quae scribit Alex. conf. 4. n. 15. in 7. vol. Corn. in conf. 207. nn. 17. in 3. vol. Natta in Auth. quod sine num. 30. ad fin. C. de testam. Euer. Ian. conf. 27. n. 64. vol. 1. Nam temporis inscriptio in testamento inter liberos idem desideratur, ut si plura producantur testamenta, appareat quod sit prius, quod posterius, quod illud tantum valere possit, quod est ultimum, ac diuersum est in testamento continente legata ad pias causas: illud enim praesumitur esse posterius eo, in quo ad pias causas est aliquid relictum, Iason in l. fin. & ibi Dec. C. de edict. Divi Hadriani toll. Tiraq. de pia causa, prin. leg. 35. Cum enim unicuique homini potissima cura esse solet animae salutis, probabile non est quod is, qui ad pias causas legavit aliqua, censetur illa reuocasse in alio testamento posteriore, in quo de pijs legatis nullam fecit mentionem. Euer. Ian. conf. 27. n. 66. vol. 1. Deinde si temporis inscriptio requireretur, id fieret non pro solemnitate, sed eo tantum fine, ut appareat possit, quod fuerit posterius testamentum; iam vero vbi cessat illa ratio, quia fortasse vnum tantum inuenitur testamentum, non plura, vel aliunde apparet, vel constat, quod testamentum est posterius, ex omissione temporis, dispositio inualida argui non potest, cum constat de eo, quod desideratur, scilicet quae dispositio sit posterior, Euer. Ian. d. loco, n. 67. Et hanc sententiam tenet etiam Hulricus Hunnius in Encyclopaedia iuris p. 4. tit. 3. cap. 2. n. 13. & Reulnerus tr. de test. part. 4. cap. 12. n. 17. Quibus adde Tusch. l. 8. concl. 116. n. 19.

RESOL. XXXII.

An in testamento ad pias causas sit necessarium ut apponatur locus vbi de alijs quatuor circumstantijs agitur? Ex p. 7. r. 6. Ref. 25. alias 24.

§. 1. Non esse necessarium, ut in Testamento ad pias causas apponatur locus, tradit Natta in Authent. qua sine num. 36. Cod. de Testament. Euerardus Iunior, conf. 27. numero 69. volum. 1. Thomas Maulius tractatu de vltim. volunt. lib. 1. tit. 12. num. 9. Et ratio est quia nullo iure probatur quod debeat apponi, deinde iure Diuino & gentium hoc non desideratur. Ergo.

2. Notandum est etiam hic obiter Primò, quod Tom. 7. l.

omitti potest publicatio Testamenti ad pias causas, modò constet quod manu Testatoris scriptum, aut subscriptum fuerit. Ita Tuschus l. 8. concl. 116. n. 8. Valquius de success. §. 22. n. 1. Boerius de ci. 249. n. 4. Grassus de success. §. Testamentum, quæst. 19. n. 2. Secundò ad ordinationem Testamenti ad pias causas conditi non est necessarium quòd fiat vno contextu. In Valquius vbi supra §. 14. n. 6. Tertio ad probandum heredis institutionem in Testamento ad pias causas factò non requiruntur perfecta probationes, sed in eo heredis institutio ex coniecturis colligi potest. Ita Menochius l. 4. presump. 15. n. 13. Et tandem Quarto ad Testamentum ad pias causas factum non requiritur ut sit extensè, & sine legatis notis, & abbreviationibus scriptum, sed legatis notis, & abbreviationibus scriptum valet, modò aliquo pacto intelligi possint. Ita Mantica de coniect. lib. 6. tit. 3. n. 3. Et hæc omnia docet etiam Hulricus Hunnius in Encyclopaedia iuris parte 4. tit. 3. c. 2.

RESOL. XXXIII.

An legata ad pias causas valeant, si hereditas adita non sit? Et de quibusdam alijs casibus, & legatis ad pias causas agitur. Ex p. 7. r. 6. Ref. 26. alias 25.

§. 1. Ad hunc casum ita respondet Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 19. disp. 1. dub. 10. num. 128. Colligitur legata ad pias causas valere, & habitura effectum, esseque præstanda, etiam si hereditas adita non fuerit quia ante illam aditam mortuus fuit heres, vel, quia hereditatem repudiavit: Est communis sententia, quam sequitur Panorm. cap. Relatum, 1. de Testamentis, n. 6. Couarr. in cap. Reynaldus §. 2. n. 23. & segg. Tiraquell. prin. 32. contra Fachin. lib. 6. controu. c. 28. Nam quòd Legata non possint peti hereditate non adita, est solemnitas Ciuili iure introducta, leam quam cod. de fideicommiss. quæ ad pias causas se non extendit. Ita Dicastillus. Vide etiam Tuschum l. 8. concl. 116. n. 61. vbi citat Lalceinum, & Baldum.

2. Notandum est tamen hic Primò legata ad pias causas in Testamento relicta deberi, & si quoad heredis institutionem aliquo defectu laboret, Gilchænius ad l. 1. num. 29. cod. de SS. Ecclesijs. Valquius, tr. de success. creat. lib. 3. §. 22. limit. 7. num. 33. Grassus, tr. de success. §. testamentum quæst. 16. & ideo ex testamento alijs defectuoso, legata ad pias causas relicta debentur, modò liberis testatoris legitima institutionis titulo relicta fuerit, Tiraq. tr. de prin. pia caus. prin. 17. Iul. Clar. lib. 3. c. 1. §. testam. §. 6. num. 8. Tusch. concl. 116. n. 91. & seg. n. 8. Et Hunnius in Encyclop. iuris p. 4. tit. 3. c. 2. n. 5. & 6. vbi etiam n. 8. docet legata ad causas pias coram duobus solum testibus relicta valere, ac deberi, vt notat Tusch. l. 8. concl. 116. n. 25. & Natta conf. 441. n. 1. & 2.

3. Notandum secundò, testamentum in quo filius, & pia causa coram duobus, aut quinque testibus simul sunt instituti, non solum quoad piam causam, sed etiam quoad filium valere, Tusch. concl. 116. n. 41. r. 8. Hæc omnia docet Hunnius loco cit.

4. Et tandem non desinam hic apponere verba Th. Maulij, tract. de vlt. vol. 1. tr. 12. n. 10. vbi sic ait. Testamentum prius conditum cum solemnitate iuris communis reuocatur per testamentum ad pias causas saltem secundum ius gentium conditum, Tiraquellus de pia causa prin. 53. etiam si in secundo minus solemniter testamento nihil planè dictum esset de priori testamento, Euerardus Iunior, conf. 27. num. 22. & 23.

5. Prius testamentum ad pias causas factum non infirmatur per secundum minus sollempne, in quo

L I venientes